

Franckesche Stiftungen zu Halle

Christologia Concordans Evangeliorum Occasione Responsi Summe Rever. Dn. Valent. Ern. Loescheri S.S. Theol. D. & Superint. Dresd. &c. nec non ...

Winckler, Balthasar

Bernburgi, MDCCXXVIII.

VD18 13484893

Lectori benevolo S. P. D.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199360



Lectori benevolo

S. P. D.

Reverendissimo atque doctissimo
Dn. D. Lœschero, syncretisticam,
manente utrinque Protestantium
dissensione, Tolerantiam, ut insi-
diosam, recte fastidienti, & contra concor-
diam ingenuam formulis & sensibus prorsus
concordem cum unoquoque cordato anhe-
lanti, in Epistola Irenica verum ejusmodi sin-
ceræ unionis modum exposueram: neuti-
quam scilicet satis esse, ut Lutherani tantum-
modo Reformatorum in doctrina defectum
invidiose accusent, sed prorsus necessarium
esse, ut & ipsimet excessum novarum opinio-
num suarum, cunctis orthodoxæ formula-
rumque præjudiciis abjectis, corrigendo, lau-
dabili & generoso exemplo Reformatos præe-
ant. Proposueram ipsi e. gr. *Dissonantes Lu-*
theranorum de Persona Christi Sententias, cau-
sæ malæ ubiqvitisticæ servientes, pacisqve har-
moniam imprimis turbantes; quales sunt (1.)
de unione personali, quod humanitas Christi in
A abstracto

abstracto ipsa subsistat, & vi actus hujus personalis ubique Deitati ac creaturis coëxistat. (2.) de *communicatione* naturarum in abstracto mutua, qva Deitas suam ad omnes res creatas coëxistentiam, qvæ cum essentia una eademque est, per perichoresin ita humanitati communicet, ut ipsa quoque ad omnes res habeat coëxistentiam, id qvòd nihil aliud est, quam cum Eutyche humanitatem convertere in Deitatem: (3.) de novo illo doctrinæ de Christo systemate in tria *communicationis* *Idiomatum genera* dispartito, qvo in secundo tradunt axiomata divina Carni ut propria in abstracto, inprimis omnipræsentiam, ita esse communicata, ut & ipsamet in sua essentia ubique Deitati præsentia intima & creaturis, præsentia extima coëxistat; horumque dogmatum absurditatem ut concordix obstaculum dilucide ostenderam. Tantum vero absuit, ut in illorum emendatione, atque hinc in unione vera fundanda animus ipsi fuerit, ut potius ingenii, qvo pollet, acumine, in *Responsio* nomine Societatis suæ mihi transmissio, in illis defendendis acriter perstiterit, præbuit hoc mihi ansam utrinque intricatam hanc de persona Christi sententiam paulo accuratius rimandi, & quantum quirem, pro ingenii mei exigui modulo, veram scripturæ & antiquitatis orthodoxæ sententiam, atque hinc solidissimum unionis fundamentum indagandi.

Qvam